UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

De trib[us] generib[us] panum ca. xxvj.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Visual Library

et repleret̄ terrã Sub gr̃a plurime excludũt vbi ꝯtinētia locũ hꝫ. et eſt hec ꝓhibitio coiu gij. A fornicatiōe eñ̄ ois mulier excludit.

Catalogus quorundã preceptoꝝ
Capitulum. XXV.

Vitũ quoqꝫ cũ

c masculo ꝛ iumēto ſub intermi natiōe mortis ꝓhibuit. ne etiaꝫ colligerēt ſpicas vl' racemos remanētes. nec grana decidētia: ſꝫ relinquerēt ea pauperibꝫ terre. nec opus mercēnarij retinere vſqꝫ mane. nec accipe ꝑſonas. diligi amicũ ſicut ſeipſũ ꝑcepit. vbi. lxx. primũ ponũt Somnia auguria. diuinatiōes obſeruari ꝓhibuit. nec agrũ ſeri diuerſo ſemine. nec iumenta diuerſi generis facere coire. nec veſte ex duobus texta īdui. nec comam in rotundũ tōderi. nec barbam radi. nec carnes ſuas ſuper mortuo īcidi nec figuras aliquas aut ſtigmata ī carne ſua fieri. cuꝫ quibꝫ ꝛ ſimilibꝫ ad l'ram ſubintelligendũ eſt ſꝫm ritũ gentiũ ꝛ maxime egyptiorũ cum quibꝫ habitauerãt. Nã ꝛ dauid legitur mulã habuiſſe ſuꝑ quã poſitꝰ eſt Salomon: et delatus ad fontē geon ad inungēdum. Sꝫ egyptꝰ omnigenoꝝ venerãs monſtra deoꝝ. ꝛ in honore diuerſoꝝ deoꝝ q̄s putabat talibꝫ ꝑeſſe. diuerſa ſemina in agro. diuerſas materias ī veſte ſociabat. diuerſos etiam cincinnos capitis diuerſis dijs ſacrificabat. Vñ ꝛ ī ꝓncipio hoꝝ ꝑceptoꝝ dixit dñs Iuxta ꝯſuetudinē terre egypti in q̄ habitaſtiſ nō facietis. iuxta morē regionis ad quã introducã vos nō agetis. Addidit etiã ſpeciale ꝑceptũ cũ intrarēt terrã repromiſſiōis: vt auferrēt ꝑputia arboꝝ q̄s plantarēt Qđ q̄ſi exponēs ſubdit. poma q̄ germinãt immũda erũt vob. Hoc tñ̄ nō eſt in hebreo. Et videt̄ velle ꝙ fructꝰ triũ ꝓmoꝝ annoꝝ īmundus eſſet ꝛ abijciendus. fructꝰ q̄rti anni ſctũs dño ꝛ cōis pauperibꝫ. ſed in quinto anno ꝛ deinceps dñi ſui eſſent ꝛ eſibiles.

Diuerſa etiã aĩalia coire faciebãt vt ide aĩal naſceret̄ qđ plurimũ eſſet deoꝝ ſacrificio cōgruũ. vel eoꝝ honori dedicatũ. ſic mulꝰ de equo ꝛ aſino marti et cilleno aptꝰ erat.

De tribus generibus panum.
Capitulũ. XXVI.

De euidentiã quo

a qꝫ eoꝝ q̄ hic in leuitico tradunt̄ ſciendũ eſt. ſacerdotes habuiſſe tria genera panũ. panes ſcꝫ ſacerdotales. leuiticos. ꝛ laicos. Sacerdotales erãt panes ꝓpoſitionis q̄ de publico ſumptu fiebant: q̄s non licebat edere niſi ſolis ſacerdotibꝫ. Panes leuitici q̄ ꝛ offertorij. quibꝫ ſoli de genere leuitico veſcebant̄. Etiã q̄ ꝓpter maculam nō poterant miſtrare et filiafamilias: ſed nō vxorata. vel vidua vl' repudiata: niſi neceſſitate rediret ad domum patris: vt eſſet quaſi filiafamilias.

His nō veſcebatur aduena inquilinus mercēnarius ſacerdotis. verna tñ̄ l' empticius ipſiꝰ veſci poterat. Laici. i. cōmunes quibus quicũqꝫ poterat veſci.

Aduena generale nomen eſt ꝯtinēs ꝑegrinum: q̄ tñ̄ pertrãſit ꝛ inquilinũ qui cũ ſit de eadē regione. mãſionē tñ̄ ꝯducit.

De ſanctimonia ſacerdotum.
Capitulum. XXVII.

E ſanctimonia

d quoqꝫ ſacerdotũ agēs dñs. primo d' minoribꝫ ſacerdotibꝫ agit: ne cōtaminarent̄ in mortibꝫ ciuiũ ſuorũ. nec etiam principis populi: niſi tñ̄ ſuꝑ matre et patre. filio et filia. fratre et ſorore virgine. ne ſcꝫ lauarent vel ſepelirent. vel plãgendo tangerēt mortuos alios. nec alijs tñ̄ ꝓhibitas eis interdixit vxores. ſed nec habere concubinas. nec in vxorem ducere ſcortum. nec ancillam. nec captiuam. nec viduam. nec repudiatam. nec eas que de cauponibus et pandocibus. id eſt apothecis venalibꝫ vitã agũt Pontificē vero ad nullũ oĩno mortuum ingredi voluit. Unde et dñs papa nullis exequijs intereſſe dicitur. Nec vxorem ducere niſi virginem: ꝛ tñ̄ de populo ſuo. Sed nec parochia domini pape muros vrbis excedit. In cōmune vero ꝑcepit ne ſacerdos in diebus vicis ſue cũ miniſtrare deberet vinũ biberet. aut oĩe qđ inebriare pt vt ſciret diſcernere inter ſanctũ ꝛ ꝓphanũ. mundũ ꝛ immundũ. et doceret filios iſrael legitima terre q̄ locutus erat dominꝰ. et ne ſacerdos dũ q̄ñqꝫ īmundus eſſet accederet etiã ad tangēda ea que offerebãt filij iſrael. Patet qꝫ ſi la

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN